



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

20 de Inuoluntariis homicidiis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

inuitates ad orientalem plagam, ut confugeret ad eas, qui nolentes occidissent proximum, nec his fuisset inimicus ante vnu aut alterum diem, & ad harum aliquam urbem posset euadere. Et rursum lex diuina cauet. Num. 35. Si fortuito & absq. odio, & sine inimitiis quis alium occiderit, & audientes populo fuerit comprobatus, atq. inter percussorem & propinquum sanguinis questio fuerit ventilata, liberabitur innocens de vltoris manu, & reducetur per sententiam ad urbem: ad quam confugerat: ut ibi maneat, donec sacerdos magnus moriatur. Apud Graecos quoq; ut plerumq; homicidii poena erat exilium voluntarium, quando caedes non erat sponte perpetrata. Sic enim scribit Scholiastes Homeri in Il. o. ubi dicitur: οὐκ ἔστιν ἄλλοις ἄνευ νόμου ἄλλοις ἄνευ νόμου ἄλλοις ἄνευ νόμου. Id ipsum testatur Xenoph. in 4. de Cyr. in prioris expeditione. Tempus exilii varium, additur autem annus pro tempore exilii, ut ab scholiaste Euripidis in Hppo. id est, inquit, τὸν ἐπὶ αὐτῶν ὁ νόμος ἐπιβάλλει τὸν χρόνον τῆς πάλαιδος. Videtur & illa poena exilii imposita primo homicidae & fratricidae Caino a Deo, ad quem Deus, Genes. 4. Vagus & profugus eris super terram. Exilium atheniensium quoq; annum in caedibus non sponte factis expandis obseruatum Homerus docet, dum ait,

ὅς δ' ἴστω ἀνδρῶν ἀπὸ πικρῆς λάβης ἐστὶν οὐκ ἴστω
ἐπὶ τῆς γῆς ἐκείνης ἀδὸν ἐξελθεῖν δῆμον
ἀνδρῶν ἐστὶν ἀπὸ τοῦ. Id est,
Vt cum noxa a virum grauis vrges cime perempto,
Quae patria abscedens, aliam diuertit in urbem,
Diuisi inq; hominis stat. iunior.

Herodotus in 1. Graecum morem expandi inuoluntarias caedes per exilium, & alla legitima obseruatum scribit apud Lydos.

Plato in lib. 9. de legib. & consulto & inconsulto factis homicidiis exilii necessitatem ponit tantum, discutit autem causam sic: Fortuitum inquit, interfectum vi hominem qui libere vixit interfectori, proximo statim post mortem tempore vtriusq; ac propter violentiam mortem, terrore inuoluntateque plenum, maxime si viderit interfectorem interfecti vivere more iusto, interfectorem ipsum eiusq; actionem, vim, ad hoc suppeditante memoria, cunctis vrbis, terrore atq; turbare. Quare opus est vt homicida interfecti hominis gratia, anno integro exsulat a patria, omnig. ea regione prociuitatam ducat. haec Plato. Videtur & huic consentire quod ad Cincium Dens ait, Sanguis fratris tui clamat ad me, Genes. 4. Huc pertinet mos ille antiquus seruatus, dum ignorabatur auctor caedis, apud Iul. Pollu. lib. 8. πρὸς δὲ μὲν ὁ νόμος ἔσται, vt praefatur, dum praefatur abatur hasta in fanere peremptorum, & praescripti dies ad hoc statuiebantur, vt corpus videret, num vim aliqua quis ei intulisset referre sciret namq; occisi sanguis, & quodammodo concutitur mente occisus aduersario, qui necem intulit praesente. Sicuti in submersis per sympathiam, si amici adsint, sanguis floridus emittitur: vt vtrumq; probatum saepe a magistratibus docet Len. Lem. lib. 2. de ocul. rer. mir. c. 7. Adde quae scribit Galeotus Martius Narniensis libro de promiscua doctrina c. 12. in haec verba: Reliquum est vt ratione ac causam exquiramus, vnde fit, cum homo occisus est, cuius sanguis refrigerat ac fluere desinit, comparsu occisore rursus suas. Quod saepe contingit, & nos quoq; plerumque oculis vidimus, & Grecia de Patroclo hoc idem ait. Hei! ore homicidae comparet. Sed hoc vltra spatium decem aut duodecim horarum vt plurimum contingit, rarissime vltius se extendit. Nonnulli ex occisoris, & quidam ex occisi spiritibus hoc accidere arbitrantur, quod absens est: nam ad sanguinis iam frigiditatem motum non vnepars spirituum satis est, sed vtriusq; concurrunt. Cum enim occisor furore dicitur hominem aggr. editur, cuncti spiritus qui sui sunt, opus viuantes in occisorem conuolant, sicuti de more eorum est: videntq; hominis iru. cidandi in occisorem tendunt, quo ira corporis sui propulsa, ita vt in occisorem volent, abiq; viuant. Cum ille occisus est, sanguis iam frigidus factus fluere desinit, sed comparent occisore spiritus vtriusque diuerso motu agitantur. Quilibet suum corpus repetens motum facit, vnde & hominis occisi spiritus redeunt sedemq; suam repetens, & occisoris recedens, vt ad corpus redeant, faciunt motum eius rei, quom habiunt (habitant autem sanguinem) & hoc pacto sanguis iam frigidior & ad fluxum ineptus, ab occisoris & occisi spiritibus vt multiplicata agitantur rursus fluunt: estq; illis tantus proprii corporis affectus, vt plerumque laetantem hominem, sed proxime existentem, intra tempus quod affertur animus (tot enim horis viuunt) recognouerint, ac repetuerunt: Hoc autem non in omnibus occisus, sed in plerisq; euenit: quonia quorundam natura ita debilis est, vt eorum spiritus vno momento secessat. Necesse ergo est, corpora vbi haec fieri debent, sint calidiora: quoniam calore spiritus conferuntur. Quod Martius Narniensis de causa spirituum inimicitiarum probauit, etiam P. de Appono, in

comment. in Aristot. probl. in 7. parte probl. 6. versic. deinde sed quod addit, vltra spatium decem & duodecim horarum non fieri, experimento compet tam est, se aliter habere, & post longius spatium fluere. Vt potius ad quandam diuinam vindictae reponenda rationem, qua ad sanguinis naturam referantur, sanguine postulante vindictam a Deo, Genes. 4. Quemadmodum in Apocalypsi D. Iohannis capit. 6. legimus, post haec vidi animas interfectorum clamantes ad Deum, & dicentes, vsq; quo domine, sanctus & verus, non iudicas & non vindicas sanguinem nostrum de his, qui habitant in terris? Nicolaus etiam Boetius hac de re sic scribit, decif. 166. num. 1. Et in curia nostra vidi processum, per quem apparebat, puerum a matre interfectum octo diebus post: matrem enim inspiciente, sanguinem ex narib. emisisse. Et pariter in alio processu, alium mortuum a nobis post mensibus exhumatum, sanguinem ex plagis, homicida super eum transeunte, emisisse. Allegatur plures huius experimenti testes a Iohanne de Nauia, in summa iudiciali, in sylua nuptiali, versic. sic cadauer & c. Hippolytus in sua practica causarum criminalium, §. diligenter, vers. & memini. Miru certe hoc homicidii iudicium, sed non tantum, quantum quod Aristoteles lib. 3. de par. anim. c. 10. ait, in Caria sacerdotis Iouis Hoplofinii caput auctore incerto detexisse homicidam, & ab eo saepe auditum virum super viro Cercidas occidit, & in quibusdam viru Cercidam nomine factum & punitum. Hinc pender ratio cuiusdam moris antiqui, eorum qui caesorum a se corporum, per insidias maxime, summas partes recidere, & seci sub alis appensas gestare consueuerant: sperantes hoc modo, infirmus reddi mortuum a vindicandum facinus. Innuit & hoc Apollo, Rhod. lib. 4. Argonaut. additque ter sanguinem caedis at caesores eorum quos interemissent, lingere consueuisse:

ἵστος δ' ἀποκλίνεις ἐξέσφατα πύλυς δαυβίος,
reis δ' ἀπέλαξες φόβος, reis δ' ἐξέσθ' ἔμπροσθεν ὀδύβιον
ἢ δῆμος ἀδύνητον δολοκτασίας ἀλέαδον.

Huius motis meminit S. phocles in Elektra & ibi Triclinus in scholiis annotat ad verbum, ἐμὸς δὲ δῆμος. Redempta t aliquando poena a proximis argento, vt patet ex consilio illata. Sic enim Enstathius in 8. Illi. Hom. lib. 9. πρὸς μὲν δὲ καὶ πάλαι ἐστὶν ἡ δόξα ἵππερ φόβος, ἢ μὴ ἀνδάλω ἢ πρὸς αὐτὸν ἀπὸ πάλαιδ' ἢ περὸν ὀδύβιον. Legibus quoq; Longobardorum, ab initio vix alia poena imposita pro homicidio, quam pecuniaria, quam oportebat proximis exsoluere, vt passim sese offerunt leges, quae hoc docent in titulis, De plagis seruorum & liberorum, De consilio mortis, De homicidiis liberorum hominum, in libris legum illorum. Qui legibus Salicis vivebant, pari modo homicidia etiam consulto facta, pecunia componebant, lib. leg. Salic. tit. 44. de homic. ingen. & tit. 45. de homicid. a contum factis, & tit. 46. de homicid. in communi factis, maiore vel minore pro modo personarum, & qualitate homicidii, & periculis factis. Id ipsum obseruatum in legibus Ripuarie, tit. 7. 8. 9. 10. 11. 12. & aliis, Alemanorum, Saxonum, Anglorum, Boioariorum, Westphalorum, Teutonorum, & aliorum principu Francorum. Opus t erat, Memphitarum lege, homicidii reum, licet id inuitus perpetrasset, exulare & ire ad Gymnosophistas. Quod si ab illis fuisset absolutus, tanquam purus ex patulque, in patriam redire poterat, si prius ad occisi tumulum veniens, etiam paruum aliquid sacrificasset. Antequam autem a Gymnosophistis abolueretur, errare reum in montibus oportebat quoad supplicantis Gymnosophistas miseretur, teste Philostrato lib. 6. de vita Apol. cap. 3.

In t homicidio commisso in rixa, iudicium anceps est, nisi propius coniecturam voluntatis accipiamus cum Martiano, l. 1. §. diuus, ad leg. Corn. de scar. P. num. gladio quis commiserit, vt tunc occidendi animo videatur voluisse occidere, an alio in stramento subito oblati, vt si clauo, cucuma: nam non censetur voluisse occidere, qui his cum necato rixabatur: & tunc lenienda poena, vt si calce percussus occiderit, eam qui assenerat, s. eo. C. Si dum in paucratio vel in colluctatione iuuenes virtutis causa se exerceat, alter alterum occiderit, Vlp. l. qua actione, §. si quis in colluctatione, ad leg. Aquil. P. §. Pancration, t vt tradunt interpretes Pindari in ode 8. Pindar. Olymp. epo. 3. & ode 13. anti. 1. idem quod ἰσθλοδον, ex ἰσθίς & ἄδλον, quod quinque certamina complectatur, nempe pugillatum, luctam, saltum, discum, & cursum. De quibus multa ex Iulio Polluce & aliis Budæus in Laibleis, de his qui not. in sum. in prior. annot. in P. Proponebantur autem haec certamina primum tytenibus in gymnasiis Athenis, postea publice in Olympicis, Isthmiis, Nemeis ludis, teste Luciano in lib. de gymnasiis. Haec fiebant virtutis causa: vnde quia aberat occidendi animus, excusatur

